

commercio constituta ad motum concidentur? nullo certe in his vi
repugnativa apparet; summa contra convenientia cum munere, quo
ipsa cum corpore conjuncta fungitur. Aut etiam fortasse non in-
congrue dicereatur, animam cum uno cerebri elemento actu compe-
netratam existere, illudque, cum se ipsam moveat, una movere; in
hac hypothesi quamprimum se anima moveret, mutaret distan-
tia illius elementi comparatae ad alia proxime vicina, quae vel ideo
ad motum pariter concidenter; atque motus hi eadem ratione
ulterius propagaretur, dum tandem spiritus ad eos nervos, ac mu-
sculos affluant, quorum opere desideratur membrum motu perferetur.
Neque vero de ingensibus muscularibus viribus dubius esse potest:
docte Borellus (*De mot. animal.*, p. 11 prop. 124. seq.) qui eam
rem accurate pertrahit, eorum alios aquiliparans efficacitatem pon-
deris 16020; alios 32040; alios 61600; alios denique 37520 li-
brarum, ut adeo exigua spirituum animalium vis eorum opere stu-
pendos pro�ructus edere queat. Vide quoque Cartesium (*Trac-
tatu. de hom.* p. 21. *cum non D. de la Forge.*).

8.) Denique fieri non posse putant, ut anima dicta ratione motum in
corpore efficiat; cum ipsi et corporis, nervorum, muscularumque
conformatio, et modus impellendi spiritus ut huc potius, quam il-
luc affluat, prorsus ignoscit.

Responsum Knutzenius suppediat (*Syst. causs. eff.* p. 143.). Con-
cipe ab ingenioso quidam artifici fontem quedam ad artis
mechanicas, et hydraulicas amissim ita constructum esse,
ut quamprimum asservetur; per quos aditus demum ad fontem
datur, incidentium gressu deprimitur, occulto mechanismo
variariis rotarum junimque opere sub asservis absconditorum,
aliae, atque aliæ mirificæ species e fonte confectionem
prosiliant, quales verbis gr. fontes Kircherus, Schottus, aliquie
describunt. Concipe jam tibi, puerilis ad hocce spectaculum
admitto, dum hoc accurrit, Neptunus cum tridenti minat
obviam fieri; dum illas, Nereides, ex alia parte Glaucon ma-
rinum; alibi vero Delphinos, et sic porrora puer iste mechan-
ismi absconditi ignarus, nec ad omnia praesentia attentus non
observabit se revera actione sua producere hosce effectus, ob-
servabat tamen, si adversus eam partem processerit, semper
sibi hoc potius, quam aliud obviam fieri objectum; poterit igitur
jam pro tribus haec phænomena moderari, ad si ver. gra-
Neptuni, ac accepte ejusdem tricipitis contemplatione delecta-
tur, officere ut proleat, si scilicet versus certam plagam ac-
currit. Nemo dubitaverit puerum horum motum causam es-
se, ac actione sua phænomena producere. Quae hic dicuntur,
videnter quoque aliqua experientia confirmari; experimur certe
infantes tametsi, jam roboratis nonnulli organis instructos, nondum
tamen solos satis tutum grossum figere: an non fortasse istud inde
provenit quod ipsorum mens scientiam experimentalē moventi,
ac regendi suum corpus sibi nondum comparaverit?

SECTIO III.

DE IDEARUM NATURA, ET ORIGINE.

QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

CCII. Dixi, quantum philosopho licet de commercio animae cum
tempore; omnem tamen obscuritatem me sustulisse non profisit:
sum certe plura, quae illustratione egarent, ac imprimis quidem de-
terminatio illa mentis ad percipienda objecta sensibilia per cerebri
motiones effecta. Hunc rei non aliunde, ac ex idearum natura, et ori-
gine penitus inspecta majus lumen accedere posse videtur: quare
jam istud agam, ut primum breviter ostendam, quid de idearum na-
tura, ac a perceptione discrimine sentendum sit; tum excusis cele-
briorum philosophorum opinonibus in veram earum originem in-
quiram.

CAPUT I.

De Idearum ac Perceptionum Naturâ.

PERCEPTIO EST ACTIO ANIMÆ.

CCIII. *Perceptio est vera animae actio.* Omnis vita in actione
quadam omnium consensione consistit (*conf. §. 159.*); atque vita ani-
mae ex parte saltem in perceptione consistit: animam siquidem eam
in statum factam, ut nihil amplius percipere possit, jure mortuum
dicerebimus: igitur perceptio est animae actio.

Coroll. Anima igitur ei propria, et sibi ingenita perceptiones efficit,
Schol. Anima ex oīnīris fundamento, quo Cartesianorum (*Essai conc.*
lent. hum. l. 2. ch. 12. §§. 1. 2.) aliqui nisi volitiones in actibus
animae vitabilis habent, perceptiones quoque illis adnumerandas
esse contendunt. Lockium autem, qui animam in perceptionibus idea-
rum simplicem, sive qualitatum sensibilium recipiendis pati du-
taxat petavit, non moror, ratio enim, quam altius, nullus est pon-
deris. Ait nimis non esse in potestate mentis, ut novam quam-
piam ideam simplicem producat; sed id inde est, quia ipsa a co-
rebre motibus, qui ab objectis externis efficiuntur, ad has per-
ceptiones elicendas determinari debet. Quod si denique quis eo pro-
cederiat, ut animam quoque volenter agere inserviet, necesse
erit, sibi anima loco ineritem stipitem inesse fateatur (*conf. §.
156. sch. 1.*)

HABERE IDEAM, ET PERCIPERE IDEM EST.

CCIV. *Hoc ipso scilicet quod mens habeat ideam cuiusdam ob-
jecti, jam illud percipit.* Hoc ipso scilicet, quod mens habeat ideam
cuiusmodi objecti, jam illud sibi repreäsentat; idea quippe est re-
preäsentatio objecti in mente facta (*§. 30. log.*), sed hoc ipso scilicet,
quod mens objectum quodpiam sibi repreäsentet, jam illud per-
cipit, sibi enim repreäsentare, et percipere idem sonat (*§. 3.*); er-

go hoc ipso solum, quod mens habet ideam cuiusdam objecti, jam illud percepit.

IDEA A PERCEPTIONE DISTINCTA USUI NON EST.

CCV. Si idea ponatur realiter distincta a perceptione, ea nulli omnino usut esse potest. Usus omnium hujus ideae foret, ut mens per illam, vel in illa, vel ope illius objectum agnoscat; sive percipiat; istud vero minime fieri potest, nisi mens sciat, hanc esse ideam hujus objecti, atque hoc scire nimirum possit; idea enim, eti repreäsentat objectum, non tanen hanc suam representationem repreäsentaret, id est, non dicaret, se hujus determinati objecti ideam esse: ergo si idea ponatur realiter distincta a perceptione, ea nulli omnino usui esse potest.

Schol. Dices fortasse, mentem a motionibus cerebri determinari, ut intelligat ab idea hoc determinatum objectum repreäsentari; at si tamen cur non aquae ab iisdem motionibus ad ipsum objectum si ne id genus distincta idea immediate percepientum determinari queat? puriusque est determinationis ratio.

INDE NULLA DATURA.

CCVI. Idea a perceptione realiter non distinguitur. Imprimis hoc ipso solum, quod mens ideam cuiuspiam objecti habeat, jam objectum percipit (§. 204.); ergo mens per eandem realiter sui affectionem, quae objecti idea est, objectum percipit; si enim id solum sit, tum nihil praeter idealiter distincti menti, quando percipit, accedit. Deinde ideae a perceptione distinctae nullus foret usus (§. praecl.); igitur eandem existere nec a priori, nec a posteriori vel probabil ratione confici potest: neque proinde a philosopho adstruenda est.

Coroll. Omne igitur ideam inter, et perceptionem discrimen formale solum, et rationis nostrae est; eadem nempe affectio, quatenus in ea objectum relicit, idea; quatenus mens illa in objectum cognoscit, perceptio dicitur.

Schol. Idem Lockius docet (*Ibid. livr. 2. ch. 10 §. 2.*); *ideae nostrae non sunt res aliiae, quam perceptiones, quae actu in mente sunt, cessante esse aliiquid quam primum non sunt perceptae* (*Ibid. ch. 32. §. 1.*). Et *ideaenostrae non sunt aliud, quam simplices apparentiae, seu perceptions in nostra mente.* Sed neque quae objectum multum habent ponderis. Ajunt,

occurrerunt dubia.

1.) Cum mens indiferens sit ad diversas perceptiones efficiendas, necesse est, ut ab aliquod hanc potius, quam aliam perceptionem determinatur; istud vero idea esse videtur, quam proinde a perceptione reipsa distinctam esse oportet.

R. Mens nostra ab illo ad perceptionem determinatur, a quo determinatur ad ideam: nam etsi idea a perceptione distinguas, necesse tamen foret, ut quidpiam mente ad ideam vel efficiendam, vel habendam determinet, cum ipsa etiam ad nullam ideam per es-

sentiam determinata sit, nisi fortasse contendas ideam immediata Deo infundi. At si Deus ipse ideaem infundat, cur non eodem actu efficiat simul animam percipere? quid opus est, ut, praeter perceptionem, distinctam ideam imprimat? Ajo igitur animam ad ideas rerum sensibilium efficiendas ex lege commercii determinari a motionibus cerebri eamque hoc ipso eas res percipere: ad alias vero, quas usu aliarum facultatum pro nutu suo conformat, vel ab ideis praecedentibus, earumque mutua relatione, vel a libero arbitrio. Nec juvat dicere, nullam videri proportionem inter motions cerebri materiales, et perceptionem; nam ideae quoque sunt spirituales animae affectiones, sicut perceptiones; quare quemadmodum ea est inter ideas, et cerebri motions proportio, ut ab his illae determinari possint, ita quoque ea datur proportio inter perceptiones, ethas motions. Caeterum proportio haec partim in eo consistit quod motions cerebri sint actions, speciees, et imagines quendam objectorum, quod postea uberior declarabo; partim quod haec sicut ab Auctore naturae commercii constituta.

2.) Idea est objectum perceptionis; sed objectum realiter a perceptione distinguitur; igitur et idea a perceptione revera diversa est.

R. Idea potest quidem aliquo sensu objectum perceptionis dici; ita tamen, ut intelligatur *internum, non externum.* Duo nimirum objecta in perceptione discerni possunt: *internum* quod est ipsa idea; haec enim menti immateriali observatur, cum ipsa aliquid percipit: *externum*, quod est res ipsa per ideam repreäsentata, quao extra tantum vel actu existit, vel saltem existere potest. In hunc sensum loquitur Malebranchius (*Rech. de la ver. l. 2. p. 2. ch. 1. §. 1.*); *idea est id, quod est objectum immediatum mentis, aut quod ipsi proximum est, dum aliquid percipit.* Similiter Lockius (*Essai conc. l'ent. hum. l. 2. ch. 1. §. 1.*): *Idea est objectum cogitationis, quod est in mea mente, cum cogito.* Et (*Ibid. c. 8. §. 3.*): *cum idea vocabulum sit maxime aptum ad omne id significandum, quod objectum est nostri intellectus, quando cogitamus, adhibeo illud ad denotandum omne id, quod alias intelligi sollet per voces phantasias, notio, species, vel quid denum cumque esse potest, quod mente nostram cogitantem occupat.* Clarius id ipsum Buffierius explicat (*Log. 2. n. 162. Exerc. 1. Log. 2. n. 310. et suis.*): *idea vocatur omnia id, quod mens eo momento, quo cogitat, percipit.* Deinde: *ali'quid in me contingit, quod voco cogitare, et cognoscere.* — *Cum cognosco aliquod, quod ante non cognovi, sit in me transitus a non cognitione ad cognitionem; hic transitus dicitur actio cogitandi.* — *In hoc transitu mens mea incipit habere aliquod objectum, quod ante non habuit.* — *Hoc objectum superveniens non est semper mente externum.* — *Huc objecto interno meae cogitationis, et mentis effigio nomen ideae.* Tum (*Exerc. 4. Log. 2. n. 346. Log. 2. disert. pour demel. etc. n. 353.*): *istud est unicum objectum essen-*

tiale ideae; immo hoc objectum est realiter ipsa idea. Denique objectum exterrit aliusque idea est illud, quod sibi quis vult, et putat etiam se representare per ideam, quam actu mens praesentem habet. Ex his itaque colliguntur, ideam sub aliо respectu perceptionis objectum, sub aliо perceptionem dici, unde distinctio solum formalis consiquitur.

3. Si idea realiter a perceptione non distinguitur, tum substantia percipiens, et objectum perceptum fore una, eademque res quod absurdum videatur. Deinde perceptiones nostrae omnes sunt singulares, et numericae; ideogram contra multa universales sunt; unde hoc saltem eas necessaria est, ut idea a perceptione realiter diversa sit; ab uno autem ex quo ad reliquos argumentatio valet. Ita Auctor anonymous (*Traité de l'ame*, t. 1. ch. 7. art. 1. p. 369.).

R. Ad iuniorum. Vel id assurter de interno perceptionis objecto, tunc que asserto veritas non constat; substantia enim, eiusque modificatione non est una, eademque res. Nemo ex eo, quod idea a perceptione non distinguitur, solus sequitur unam, eademque animae modificationem et ideam, et perceptionem dici; verum istud non obstat, quo minus haec modificatione a substantia percipiente, id est, ab anima, sicut rotunditas a cera, reapse distinguitur. Vel sermo est de objecto externo, tunc illationes falsitas multo clarius patet; quis enim ex eo quod sol per unum, eademque realiter actum et animas representetur, et percipiat; colligit: ergo anima percipiens cum sole perceptio una res est?

Ad adam. Ideae non in se, sive in sua entitate universales sunt; nam sic consideratae sunt reales animae modifications, proindeque vere existunt: quidquid autem existit, singulare, ac individuum est (§. 59. sch. log.) Cum igitur idea universalis dicitur, id referendum est ad modum, quo objectum representans, seu ad ipsum objectum, si nemo in idea non omnes notae alicuius objecti determinatis, ac individui, seu aliquae solum pluribus convenientes relectantur, eam universaliter vocamus (§. 65. log.). Jam vero hinc reale inter ideam, et perceptionem discrimen minime evincitur; nam et perceptio, etsi in se singularis, universalis tamen dici potest, quatenus objectum universalem attinet.

MENS VI STA IDEA EFFICIT.

CCVII. *Anima vi propria omnes ideas efficit. Anima vi propria omnes perceptiones efficit (§. 203. cor.); sed ideae a perceptionibus realiter non distinguuntur (§. 205.); ergo anima vi propria omnes ideas efficit.*

RESPONDETUR MALEBRANCHIO.

Schol. Hunc theoremati acriter se Malebranchius opponit (*Rech. de la cér.* l. 3. p. 2. ch. 5.); que in medium proficit, haec fere sunt.

1. Vis efficiendi ideas est participatio potentiae divinae, quae animam aliquam ratione a Deo independentem efficit.
2. Vis efficiendi volitionei non efficit animam a Deo independentem;

ergo nequa vis efficiendi ideas; utraque est vis se ipsam modificandi; utraque est quedam participatio divinae potentiae, quemadmodum etiam existentia cuiusvis rei est quedam participatio divina existentiae; anno propter rei independenter a Deo existunt?

2.) Ideae, ait, sunt entia maxime realia, cum habeant proprietates reales; sunt item spiritualia, et a corporibus, quae representant multum diversa; igitur quoque sunt entia ipsis corporibus nobiliora; unde si homo possit vi sua producere ideas, poterit quoque vi sua producere entia nobiliora, et perfectiora, in se mundo corporeo, quem Deus condidit, quod quam ab omnium sit, nemo non videt.

3.) Ideas sunt quidem entia realia; sed si ita loqui placet, modalia; id est, ideas sunt reales, mentis cogitantis modifications; atque vel inde ipsa anima, et omniis reiquis substantiis, quas Deus condidit, multo ignobiliores. Atque id ipsum rursus, de voluntibus dicendum; quippe entia realia, reales nempe animas voluntis modifications, sunt spirituales, et a rebus, in quas tendunt diversae; haec tamen omnia non efficiunt, ut animas viis volendi competere nequeat, quemadmodum sensus intimus testatur.

3. Productio idearum est vera creatio; sed manifestum est, vim creandi animae humanae non convenire.

R. Cum ideas non sint substantiae, sed solum substantiae existentis modifications, non magis creatione agent, quam cerae, aut marinis rotunditas, reditque iterum paritas a voluntibus. Ex philosophorum sententia substantiae sunt ex parte creatur, non modi, cum enim modus effectus, res quaequam modificatur; cum res quaequam modificantur, effectus, ut res illa ab alio nunc, quae ante, modo se habeat; istud cum sit, subjectum existens mutatur, nec quidquam ex nihil educitur, ac proinde nec creatur.

4.) Si anima vi ideas efficeret, educeret eas ex motionibus cerebri, id vero nequam fieri potest; nam si ut creatione opus fore, ut angelus educatur ex lapide, ita quoque non nisi per creationem ideas ex motionibus cerebri educi possunt. Tametsi vero dicatur ideas non esse substantias; sunt tamen vere spirituales, cum in anima recipiantur; jam vero sicut fieri nequeat, ut quadratum conficiatur ex spiritu, etsi quadratum non sit substantia, ita ex substantia materiali idea spiritualis non potest efformari, licet idea non sit substantia.

5. Menti nostra eo solum sensu ideas ex motionibus cerebri educit, quod secundum alia dicta per has ad illas in se existandas determinetur; non autem illas ex ideo materialibus, sive cerebri motionibus, quasi delitescentes ante, excerpti, nec his velut materia, aut subiecto praexistenti utitur, ut inde ideas spirituales efficiat; quemadmodum ex lapide statua conficiatur; absint haec absurdia. Ex his porro perspicuum fit, ut illo esse quidquid pro ultiore confirmatione a Malebranchio adducatur. Admitto angelum creandum fore, si ex lapide educi debet; nam et substantia est, et in lapide non latuit. Admitto quoque ex spiritu tamquam ex ma-

teria quadratur non conferit, istud siquidem hoc minime perinet, cum, neque nos ex ideis materialibus spirituales efformari statuimus.

- 3.) Arietem denique admoveat: pictor animalis sibi incogniti imaginem efficerne nequit; ergo neque anima ideam objecti sibi incogniti efformare potest; atqui antequam anima habeat ideam objecti, istud ipsi semper incognitum est: igitur namquam anima ipsa sibi ideam aliquius objecti effingere potest, ac proinde ejusmodi vis absolute iniutis foret.

R. Egeri mente ex se indifferenter determinante aliquo ad ideas in se excitandas, jam saepius dictum est: quamprimum autem determinativum illud adest, jam ipsa ob vim repraesentativa apta est ad efformandam ideam objecti nondum cogniti, si modo illud debito modo proponatur. Quod ad pictorem attinet, dispar ratio in eo sita est; manus pictoris proprio ductu pingentes a nulla alia re, quam a propria sua mente, idea objecti depingendi imbuta, determinari, ac dirigi potest; neque enim tali est ipsius corporis structura, ut manus sine id genus determinatione, et directione imagine conficerre possit. Contra vero mens nostra imprimis ab ipsa objecti cognitione ad illius ideam effingendam determinari, aut dirigi nequit; etenim cum cognoscit objectum, eius habet ideam, cur igitur aliam excite? deinde hoc ipso, quod vi percipiendi, si ve represtanti pollet, ita a natura comparata est, ut quamprimum objectum quodpiam vel in se, vel in sua imagine, per motiones nimis corporis, sibi convenienter praesens sistitur, determinetur ad illud in se represtantandum, id est, ad ideam illius in se excitandam: quemadmodum etiam haec ipsis natura est, ut versus bonum convenienter repräsentat illico inclinatur, appetitionemque elicit. Tametsi igitur pictor proprio ductu, aliena siquidem directione ea, de quibus ne somniavit quidem, accurassime depingere potest, nullius rel imaginem conficerre queat, nisi cujus ante ideam haberetur; potest tamen mens nostra ob vim percipiendi naturalem ideam aliquius objecti nondum cogniti efformare si illud ipsi per aliquas sui notas, et characteres convenienter ratione proponatur. Adde objectionem hanc nisi hypothesi, quae ideam a perceptione realiter distinctam ponit; unde objectum quaeri potest, quomodo mens ope ideas, eius ignorat, incognitum illud objectum percipiat (conf. §. 205.). Perfecto qui hanc tenuit sententiam, multo maxime hac paritate presumunt. Atque ita infermis Malebranchii (*Elem. metr. p. 2. prop. i. 8. seqq.*) ratunculis, et eadem opera Antonio Gennensi, qui malam causam peius defendit, et ab Arnaldi objectionibus vindicare voluit, abunde satisfactum esse arbitratur.

Ad extremum duos querunt: 1.) quomodo, et quo sensu motiones cerebri actions specificae objectorum dicantur; 2.) quomodo has motiones imaginem, ac similitudinem rerum extra nos positarum, colore, figura, magnitudine etc. differentium esse possint?

R. Ad ipsum. Cum, quod iam notum est, claritas idearum sensualium a vehementia, et velocitate motuum in cerebro pendaat, consequens quamdam habeat cum impressionibus in organo seniorio effectis, atque adeo etiam, ut notitia objecti pro ratione impressionis obtineatur. Tunc vero etiam dubitari nequit a quovis objecto, quod organa commovet, alias j. iis impressionem effici ita, ut prout impressionem objectorum A. B. C. consequuntur ideae a, b, c, ita impressionem objectorum L, M, N, sequantur ideae, l, m, n, utque praeiude proportiones hae constanter obtineant: A : B. = a : b. L : M = l : m; a : b = l : m. Hinc autem confitetur motiones cerebri esse actiones specificae objectorum, ipsumque objectum per ejusmodi actionem menti manifestari, quo plus non requiritur, ut ab ipsis vi percipiendi praedita percipiantur.

Ad alium. Qui negant corporeas cerebri motiones imagines objectorum esse posse, libris intelligenti exponant, quomodo idea spiritualis a perceptione reapse distincta, quam ipsi admittunt, rerum corporearum simulacrum esse queat; quare si hanc in rem non omnis obscuritas a nobis tolli possit; nihil opinios probabilitas perielicitur; sunt quaedam, quibus quantumque partem amplectaris, animus haeret. Id interea verissimum est, ab his imaginem intentionalem nimis ad leges imaginis corporeae exigit, nullamque vere vis animae repraesentativa rationem haberi. Quod si tamen accuratius examinemus, quod demum illud sit, quod de rebus externis in organis sensoriis agentibus perspiciamus, obscuritas haec magna ex parte evanescit. Intimam corporum naturam, et qualitates minime percipimus, sed eam solum ipsorum constitutionem, seu vim, quam in nos agunt; cumque in nos agunt, existunt in nobis ideae, quas coloris, odoris, soni, et aliarum, quas tactiles vocant, qualitatem nomine insignimus. At qualitates haec in corporibus ipsis minime insunt; nihil etsi illis praeter talem constitutionem seu vim, per quam tales in nobis motiones existant; et nos respondentibus ideis haec nomina tribuimus. Jam vero quis dubitet, motum illum proportionatum esse vi, a qua efficitur, ipsamque, ut effectu suam causam manifestat, indicare posse? percipimus deinde corporum quoque figuram, magnitudinem, situm, motum, et quietem; sed haec similiter occasione motionum cerebri percipi vel inde patet, quod ipsorum perceptio variata actione in organa varietur, tametsi in ipso objecto nihil immutetur; ita objectum moveri videatur, sive illud quiescente oculo, sive oculus ipso quiescente moveatur.

C A P U T . II.

*De Opinionibus quorundam Philosophorum quoad
idearum Originem.*

QUAE OPINIO QUORUNDAM CARTESIANORUM?

CCVIII. Nonnulli ex Cartesii familia, dum causarum occasio-
num systema strictius amplectuntur, omnem efficiendam idearum
viam animae detrahunt, easque ipsi a Deo immediate infundi docent.
Schol. Hanc idearum infusionem, quam a Deo secundum statas qua-
dam leges perfici putant; *revelationem naturalem* compellant,
ejusque causa occasiones vel cerebri motiones ab externis re-
bus effectas, vel ipsam mentis ad intelligentium applicationem,
tamquam orationem mentalis esse statuant. Ita Perchlorius non
ignobilis Cartesianus (*Inst. phil. met. p. 2. s. 3. c. 4. prop. 1. cor.*
2. prop. 3; cor. 4.).

IDEAS A DEO INFUNDI RAESUM EST.

CCIX. *Opinio haec a veritate abhorret.* Vel enim ponunt ideas
a perceptionibus distinctas, vel non: si primum, ponit aliud a
veritate alienum (§. 206.); si alteram: tum anima in percipiendo nihil
agit, sed patitur, quippe eci perceptions ipsas a Deo infundun-
tur; sed hoc pugnat cum §. 203.; addit. §. 20.: illius opinio haec a ve-
ritate abhorret.

QUAE OPINIO MALEBRANCHI?

CCX. Nicolaus Malebrachius, qui ex Cartesianismo ultra justos
limites progreto in fanaticismus incidit, docet containeri in Deo ar-
chetypis rerum omnium ideas, mentamque humana cum Deo essenti-
ali quadam unitione arcuit, quam corpori adstrinxerat, unicam ea-
rum intuitu res extra se positas intelligere; verbis omnia nos in Deo
videre (*Rech. de la ver. l. 3. p. 2. ch. 6.*).

Schol. Acte sentientiam viris actoris, propt habentur in versio-
ne latina. *U*ti illo possit intelligi, revocanda sunt in memoriam,
quae capite precedente dicta sunt, scilicet necesse esse, Deus
in se habere ideas omnium entium, quae creavit, cum aliquia
eo non potuisse producere; ac illum protinde sidere omnia illa
entia considerando perfectiones, quas includit in se, et ab
quasentia illa referuntur. Scinduntur prouterea Deum me-
tibus nostris praesentia sua arcissime uniri, adeo ut Deus di-
ci possit locus spirituum, quemadmodum spatium est locus cor-
porum. *Illi* dubius praesuppositi certum est mente illo posse
videre, quod in Deo est, quod representant entia creata; cum
id sit maxime spirituale, intelligibile, et menti praesentissi-
mum. Mens itaque in Deo potest videre opera Dei, dummodo
Deus vel ipse retegere id, quod in se habet, quod illa repre-
sentat opera. Deinde quatuor cognoscendi modis in mente distin-
guit (*Ib. ch. 7. §§. 2. 3. 4. 5.*). Primus est, quo res per se ipsas co-

Psychologiae P. II. Sect. III. Cap. II. De Opinionibus etc. 193
gnoscit. Secundus quo illas cognoscit per ideas ipsarum, hoc
est, ut rem hic intelligo, per aliquid diversum arebus ipsi. Ter-
tius, quo res cognoscit per conscientiam, seu per sensum in-
teriorum. Quartus, quo illas cognoscit per conjecturam. — Deus
solas per seipsum cognoscitur; quanvis enim sint alia entia
spiritualia, quoque intelligibilia esse videntur natura sua,
ipse tamen solus mente penetrat, ac sese ipse prodit; Deum
solum videamus viso immido, et directo. — Non dubium est,
qui videantur corpora cum suis proprietatisibus per suas ideas;
cam enim non sint intelligibilia per se, ea non possumus vide-
re nisi in ente, quod ea includit modo intelligibili. In Deo ita-
que, et per ideas suas videimus corpora cum suis proprietati-
bus. — Res secus se habeat de mente, illam in Deo non videamus;
illam tantum per conscientiam cognoscimus. — Nihil superest
propter mentes ceterorum hominum; et puras intelligentias;
jam vero manifestum est nos illas non cognoscere, nisi per con-
jecturam. Illas nunc non cognoscimus in se ipsis, neque per
ideas, et cum obois differant, fieri nequit, ut illa cognosca-
mus per conscientiam. Conscientes mentes ceterorum hominum
evidem esse speciei, ac nostram. Quod in nobis sentimus, id
etiam nos in se sentire, existimamus. Absurdum hanc opinio-
nem primus impugnavit Arnaudus (*De ver. et fals. id.*), tum
Poletus (*Log. rat. l. 3. c. 10.*), Lockius (*Burr. div. de M. Locke*
t. 2. p. 125. ed. 2.), Pritius (*Diss. de enthas. Materi.*), Silvanus
Regius (*Met. l. 2. p. 1. ch. 14.*), aliquique valentissimi adversarii, quos
in suo statim ortu experta est.

MARE OPINIO NULLA RATIONE PROBABILI NITITUR -- ET CONTINET PUGNANTIA --
AC IDEO REJICENDA EST.

CCXI. *Opinio Malebrachi nulla probabili ratione nititur.* Pri-
ma ipsi ratio est, quod alia via origo idearum, et percipio mentis
exponi nequaquam at hoc imprimis falsum est, ut in sequentibus pate-
bit; et si verum foret, esset argumentum ad ignorantiam quod nihil
probat (§. 256. schol. n. 1. log.). Secunda, quod Deus agat per nōio-
nes simplicissimas, et facilissimas, at id aequo obtinetur si anima ha-
beat vim efficiendi ideas dependenter a motionibus organorum, praे-
sertim cum ipsius sententia tanta organorum elegantia, tam exquisita
conformatio prorsus inutilis foret. Tertia; quod tom in sacris Lite-
ris, tum in S. Augustino Deus dicatur illuminare hominum mentes; at
id intelligi potest tum de ratione naturali, quae est lumen ab Au-
tore naturae; tum de revelatione supernaturali, quae est lumen ab Au-
tore gratiae hominibus benignissime concessum. Quarta; quod hoc
modo summa mentis humanae a Deo dependentia statuatur; at haec
aeque salvator, cum dicitur, animam vim efficiendi ideas a Deo ac-
cipisse, illius conservatione, et concursu perpetuo indigere. Quin-
ta; quod corpora in se non sint intelligibilia; at hoc falsum est; nam
cum illa Deo in se cognoscantur, certo apta sunt ad terminandam

aliquam cognitionem; quod autem potentia corpora in se cognoscendi infinita esse debeat, id nullo modo probatur: quin potius sic argueret: potentia, qua mentes ipsius opinione in Deo corpora cognoscunt non est infinita: igitur nec potentia cognoscendi corpora in se infinita esse debet.

CXII. *Opinio Malebranchii talia in se continent, quae sibi minime consentanea sunt.* 1.) Non congruit Deum videri in se ipso, et tamquam nostram de illo cognitionem imperfectam, obscuram, diversamque in diversis hominibus esse. 2.) Videri in Deo corpora cum suis proprietatisbus, non autem similliter spiritus; Deus certe in se aequo continent ideas intelligibiles spirituum sicut corporum. 3.) In eadem individua, ad simplicissimam ideam, archetypa tamquam in speculo videri objecta externa, nec tamen ab omnibus hominibus quin nec ab eodem in omni aetate, et corporis constitutione ea aequaliter videri, nonne quotquot simul in speculum obtutum fognit, idem objectum ab eo repraesentantibus, eodem modo intuentur? 4.) Videri ab anima in Dei res externas vi, unionis arctissimae, et tamen praeterea necesse esse, ut Deus ipsi, quid in se habet, retegere velit: deinde si Deus retegat, cur non primum restegit ea, quae imprimis scientia et utilia et necessaria forent animae? 5.) Videri alia per ideas, alia per conjecturam, dari proinde posse perceptionem absque omni idea. Hanc certe, et infinita alia, quae facile erui possunt, minime secum consentiunt.

CXIII. *Opinio Malebranchii prorsus rejicienda est.* Rejicerre certe oportet doctrinam, que non nodis nolla nobis probabili ratione nititur, verum praeterea pugnantia quoque in se complectitur; sed ad hanc classem opinio Malebranchii pertinet (§§. praece.); igitur rejicienda est.

QUAE OPINIO DEMOCRITI AC EPICURI — NEC NON PERIPATETICORUM?

Schol. Duae adhuc restant philosophorum opiniones, quae hoc loco referri possent: sed ea ejusmodi sunt, ut sola explicatione plane refutentur. Una est Democriti, at post eum Epicuri; censurunt philosophi hi egregil, si Diis placet, minimas quasdam particulas a corporibus ipsis abrasas, eorum tamen speciem, ac simulacrum referentes, quas propterea *idola vocarent*, hinc, atque illinc in aere circumvolvuntare, quae, ubi per organa ad animas sedem appollerint, ideas sint earum rerum, de quibus cogitamus, ita Cicero de Democrito scribit (*De div. l. 2. c. 67.*): *a corporis solidis, et certis figuris ruit fluere imagines, — plena, inquit, imaginum sunt omnia; nulla enim species cogitari potest, nisi pulsus imaginum.* Sed audi eundem hunc consularem philosophum adversus Vellejum disputantem et egregie ista refellentem (*De nat. D. L. 1. t. 36.*): *Quae autem, ait, istae imagines vestrae, aut unde? a Democrito omnino haec licentia.* Sed et ille reprehensus a multis est, nec vos exitum reperitis, totaque res vacillat, et claudicat. Nam quid est, quod minus probari possit quam

omnium in me incidere imagines Homeri, Archilochi, Romuli, Numae, Pythagorae, Platonis, nec ea forma, qua illi fuerunt, quomodo ergo illi et quorū imagines? Orpheum poetam docet Aristoteles « unquam fuisse, ei hoc orphicum carmen Pythagorae ferunt cuiusdam fuisse Cercropis. At Orpheus, id est imago eius, ut vos vultis, in animum meum saepe incurrit. Quid quod ejusdem hominis in meum altiae, allae in tuum? quid quod earum rerum, quae nunquam fuerunt, neque esse potuerunt, us Scyllas et Charybri quid quod hominum, locorum, urbium earum, quas nunquam vidimus? quid quod simul, ac mili collibitum est, praesertim est imago? quid quod etiam ad dormientem venient invocatae? Tota res, Velle, nugatoria est: vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis, tanta est impunita garrimenti. Altera est Peripateticorum, qui cum duce suo Aristotele (*De animal. 3. t. 5. 6.*) intellectum in agentem, et patientem distribuunt: intellectus agens, ajunt, ex speciebus impressis (*§. 1. 3. sch.*) elicit species quadam expressas, sive intelligibles, quae sunt ipsae ideae spirituales sive intellectuales has intellectus patientis in se recipit, atque ita mens objecta externa percipit. Haec quidem Peripateticorum doctrina summa est; sed mirum quantum etiam praecipui Aristotelis interpretes in ea explananda dissident, nec tamen ullus eorum quod plausibiliter, quod intelligi possit: quare dimittendi sunt.

C A P U T III.

De Ideis Innatis.

QUID IDEAS ADVENTITIAS, FACTITIAS, INNATAS?

CXIV. Alii rursus ex Cartesii schola triplex idearum genus constituant: *adventitias*, quae nobis occasione motum in organis excitatorum de sensibili corporum qualitatibus adventunt; *factitias*, quas ipsi ex precedentibus conformamus, ut idea aedificet ab architecto concepta. Quae ad neutram harum classem pertinent, *innatas* vocant; in his definientis nec consentiant, nec se ipsis intelligere vindicantur.

QUAE CARTESII DE IDEIS INNATIS.

Schol. 1. Opinio hujus aucto^r Cartesius vulgo putatur, sed quid vero senserit, non faciliter statuiri: ambiguo, certe, hac de re scriptis: proferam nonnulla. In notis ad programmā in Belgio editum ita disserit (*Epist. 1. 1. c. 99. ad artic. 11.*): *non videtur (auctor programmati) nisi solis verbis a me dissentire; cum enim, ait, mentem non indigere ideis vel notionibus vel axiomaticis innatis, et interim et facultatem cogitandi concedit, pure naturalem, sive innatam, re affirmant plane idem, quod ego. Non enim unquam scripti, vel judicavi, mentem indigere*

ideis innatis, quae sint aliquid diversum ab ejus facultate cogitandi; sed cum advertebam quasdam in me esse cogitationes, quae non ab objectis externis, nec a voluntatis meae determinatione procedebant; sed a sola cogitandi facultate, quae in me est, ut ideas, sive notiones, quae sunt istarum cognitionum formae ab aliis adventitiae, aut factitiae distinguuntur illas innatas vocari. Et iterum (*Ibid. ad art. 14. fin.*): *monebo hinc - per me ideas innatas nihil unquam intellectissimae, nisi nobis a natura inesse potentiam, que Deum cognoscere possumus, quod autem istae ideas sunt actuales, vel quod sint species, nescio quae, a facultate cogitandi diversae, nec unquam seripuisse, nec cogitasse, immo etiam me magis, quam quemquam alium ab ista supervacua entitatem scholasticorum suppellectile esse alienum* (*Gen. phil. Cartes. t. 3. §. 9.*). His, aliquis quamplurimus, de quibus videatur Huius, expensis merito dubitari potest, utrum idearum innatarum opinio, quae ab eo inde tempore in Gallia praecipue floret, Cartesio auctore, aut patrono gloriari possit.

QUAE ALIORUM OPINIONES?

*Schol. 2. Videamus jam, quid allii hujus sententiae fautores profarent. Porchotius ita loquitur (*Instit. phil. met. s. 3. c. 4. pr. 4.*): *idea innata dicitur, quae nobiscum est nata; sive quae nobis a primis viis momento ad extremitatem, quoties attendit animus, semper praesto est, quamque sola prima causa sine corporis, aut cuiuscumque alterius causae secundas subsidio omnibus communiter impedit* (*Ess. conc. l. ent. hum. l. 2. ch. 1. §. 1.*). Lachius ipsarum hostis acerrimus putat inter aliam ex mente eorum, qui eam defendunt, aliud esse non posse quam characterem quendam originarium animae a primo existentiae momento impressum, seu quodam modo insculptum. Silvanus Regis (*Usag. de la roy. et de la for. l. 1. p. 1. ch. 7.*) negat ideas innatas hoc sensu, quod animae velut insculptae, aut concretae sint; tres deinde tantum innatas statuit, Dei, corporis, animi, propterea quod haec in anima quamprimum cum corpore copularunt, exortantur. Henricus Morus (*De inn. an.*) ulterius progrederit, atque omniam scientiarum tum theoreticarum, tum practicarum semina a Deo animae ab ipsis ortu indita esse contendit (*Trai. de nat. de l'anim. t. 2. p. 5.*). Alius quidam, qui latere voluit, tribus diversis modis ideas a Deo in nobis produci doceat: alias ante omnem sensum actionem; alias per ministerium sensum; alias denique, quae secundum communem naturae cursum in nobis non insunt, nisi consequenter ad operationem sensum (*Ib. ch. 7. art. 3. p. 67.*). Quae prius sunt generis innatas vocat, eas quae definit esse, *perceptiones perseverantes, verum obscurae, quae animam numquam deserunt*. Alii ex adductis Cartesij verbis colligunt esse in mente vestigia quaedam, suspicentes cognitionum, quae a sola cogitandi facultate aliqua naturae*

necessitate promanant. Alii denique, et communius docentes innatas esse characteres quosdam, imagines, seu rerum formas animas in ipsis ortu impressas, ad quas dum ipsa attendit, certa quedam objecta, spiritualia præstertim, et abstracta percipiat. In tanta itaque opinionum dissensione primo loco constitendum est, quid per ideas innatas, quae jam impugnandae veniant, prudenter intelligi vel possit, vel debeat. Hanc in rem sequentia theorematum servient.

PER IDEAS INNATAS NON INTELLIGITUR FACULTAS COGITANDI.

CXCV. Per ideas innatas intelligi nequit mera, et simplex potentia, seu facultas cogitandi. Nemo enim philosophorum est, qui de hac facultate dubitet: igitur si ea tantum per ideas innatas intelligatur, nulla posset esse controversia. Quin omnes ideas dicentur innatas, omnes enim a facultate cogitandi proficiuntur; cum ergo adventitiae practerea, et factitiae statuuntur? quid quod ideo eorum plurimi ideas innatae ponunt, quod multarum rerum ideas nec sensu obtineri, nec aliunde formari posse putant?

NEC FACULTAS QUASDAM IDEAS EFFICIENDI.

Coroll. Cum habitus, seu facilitates (§. 79. generatio*) aliunde non sint quam determinaciones quantitatis formalis facultatum agendi (*§. 81.*), manifestum est, neque facultatem nobis a Deo communicat certas quasdam ideas, vel levissima attentione adhibita, efficiendi per ideas innatas intelligi posse, quae est sententia Eusebii Amorti (*Nat. crit. de Log. ment. s. 5. leg. Lockit.*). Et alioquin facultas haec non est aequalis in omnibus: quin experientia teste illis fere ideas, quas ipsi innatas dicant, omnium discillime animo informatus.*

NEC NATURALIA QUASDAM NECESSITATIS, COGITATIONES INDE PROTECTAR.

CXCVI. Per ideas innatas nequeunt intelligi cogitationes quasdam a facultate cogitandi necessitate naturae provenientes, nequalem cognitionum formae, nec denique determinatio quasdam mentis naturalis, et necessaria ad certas cogitationes. Sensus quippe intimo nullus id genus necessarias cogitationes, nullamque naturae necessitatem ad certas cogitationes in nobis inesse experimur. Protecto si quid eiusdem in nostra mente eveniret, de quibusdam rebus perpetuo cogitaremus, quod quam falsum sit, nemo ignorat,

NEC IDEAS A PERCEPTIONIBUS NON DISTINCTAS ET ANIMAE IMPRESSAR.

CXCVII. Per ideas innatas nequeunt intelligi ideae rerum ab actuali earundem perceptione non distincte in ipsis ineditae, et constanter in ea perseverantes. Imprimis enim perceptio, quae est vitali animae actio (§. 203.*), nequit a principio externo eidem imprimi. Deinde perceptions haec vel essent clarae, vel obscurae; si clarae: continentur earundem nobis consciens esse mus, ac proinde nullo non tempore de iis rebus, quarum ideas nobis innatas esse volunt, cogitaremus, quod cum experientia; pugnat si obscurae: vel semi-*

Storchianu Metaph. Lib. III.

per obscuras manent, vel aliquando claras evadunt; si primum; nulli unquam usi esse possunt; alterum autem qui fiat, intelligi nequit;

SED FORMAE QUADRATAE RERUM A PERCEPTIONIBUS DISTINCTAS,

ET ANIMAS IMPRESSE

CCXVIII. Per ideas innatas solum intelligi possunt formae quadam, vel imagines rerum animae in ejus ortu impressae, atque a perceptionibus distinctae, quae dicitur constanter perseverent, non tamen advertantur, nisi mens singulari quoddam modo ad eas percipiendas determinetur. Assertio haec ex praecedentibus necessaria consecutio proficit; nihil enim amplius relinquatur, quod idearum innatarum nomine cum aliqua veritatis specie venire possit: quare vel aperte fatendum est, nullas in nobis ideas innatas; aut si id nolint, id genus imagines a perceptionibus, distinctas, ac animas insculptas proponunt, necesse est.

Schol. Quid de ideis innatis hoc sensu intellectis sentiendum sit, sequentes propositiones docubent.

OMNES NOSTRAE IDEAS NON SUNT INNATAE.

CCXIX. Etsi daretur quaedam idea innata, non tamen omnes ideas nostrae forent innatae. Imprimis enim darentur praeterita adventitiae, et factitiae, ut ipsi fatentur (§. 214.). Deinde tot forent imagines diversae animo insculptae, quo sint res, de quibus cogitare possumus; sed res cogitabiles sunt numero infinitae: igitur imaginis numero infinito animo insculptae essent, id quod veheremt absurdum est.

EXPONI NEQUIT, QUONODO MENS AD UNAM PRAE RELIQUIS ADVERTAT.

CCXX. Auctores idearum innatarum nequeunt intelligenter expondere, qui fiat, ut mens nunc ad hanc portus, quam aliam quamcumque ex innumeris sibi insculptis, advertat, eisque ope objectum percipiat. Ut istud intelligenter exponatur, necesse est, ut alterutrum assentatur: vel ideam illam ante conceptum suscipit, vel mentem ad attentionem adhibendam aliunde determinari: primum est inanis sine mente somus; quid enim est ideam innatam conceperi? quid conceptum suscipit? an per pilverum obducitur, ut imago quadam corporea? an vulneris instar concretione aboletur, sunt sane ista eius generis, ut et intelligi nequeant, et ea facilitate, qua affirmantur, negentur. Igitur alterum; at unde haec determinatio? an ab ipsa illa idea istud certe non; reddit enim quæstio, cur huic præ reliquis innatis nunc istud jus, vel potestas competat: an a motionibus cerebris; at motiones corporeas Deum, spiritus, res abstractas reprepresentare nequeunt; quonodo igitur animalm ad attentionem his ideis adhibendas determinabit? item si motus corporei possunt mentem determinare, ut se convertat ad ideam sibi impressam, cur eam non possint ad objectum immediate percepientibus sine id genos ideas determinare? an ab alio quodam principio? quid illud? quale ipsi nomen? certe quamdiu istud non praestiterint, non agere ferent, si characteres hos animae insculptos ad qualitates occultas ab-

legemus, quas tanto ipsi strepitu olim Peripateticis exprobabant. Denique ubi haec omnia clare expedierint, supererit adhuc nodus nunquam solvendus, quomodo mens in idea illa, cui attentionem adhibent, objectum repraesentatum agnoscat (conf. §. 205.).

OPINIO IDEARUM INNATARUM NEC SUFFICIT -- NEC NECESSARIA EST AD ORIGINEM IDEARUM EXPLICANDAM -- ET QUIDAM FALSI CONTINET -- INDE DEFENDI NON POTEST.

CCXXI. Opinio idearum innatarum non sufficit origini omnium idearum explicandae. Imprimis, cum non omnes ideas innatae sint; sed alias praeterea dentur (§. 191.), jam opinio ista harum ortum non explicat. Sed neque ipsarum idearum innatarum originem satis ponit; cum enim origo idearum queratur, queritur simul origo perceptionum nostrarum, non solum, quia ideas non distinguuntur a perceptionibus (§. 206.); verum etiam, quia nihil potest scire originem idearum et simul ignorare, quomodo per illas, vel ope illarum objectum percipiatur, neque enim difficultas foret subtilata, sed solum translata; atque opinio idearum innatarum istud minime praestat (§. præc.); ergo opinio idearum innatarum non sufficit origini omnium idearum explicandae.

CCXXII. Opinio idearum innatarum ad explicandam idearum originem necessaria non est. Hoc ipso, quod aliquae ideas innatae non sint, tamen sint forent alias (§. 219.), jam certum est inesse in anima facultatem eas ideas vi propria efficiendi. Porro si de hac facultate jam constet, nulla amplius est difficultas, utea ad omnis generis ideas extendatur, praesertim cum sensu intimo diversas in mente facultates, quas in psychologia empirica enumeravimus, experiamur, et plane ostendit possit, quonodo eorum ope omnes ideæ formari possint, ut paulo post dicemus. Igitur necesse non est, ut in explicanda idearum origine ad ideas innatas configuramus. Vid. Locium (*Erasmi concil. l. ent. hum. l. i. ch. 1. §. 1.*).

CCXXIII. Opinio idearum innatarum aliquid a veritate alienum continet. Opinio idearum innatarum continet hypothesis, quae ideas a perceptionibus realiter distinctas esse ponit (§. 218.); sed haec hypothesis a veritate aliena est (§. 206.); igitur opinio idearum innatarum aliquid a veritate alienum continet.

CCXXIV. Opinio idearum innatarum a philosopho defendi minime potest. Quae enim opinio nec sufficit, nec necessaria est ad explicandum id, quod queritur, quaque praeterea aliquid a veritate alienum continet, certe a philosopho defendi minime potest; sed opinio idearum innatarum nec sufficit (§. 221.), nec necessaria est ad originem idearum, quae queritur, explicandam (§. 222.); ac praeterea aliquid a veritate alienum continet (§. præc.); igitur opinio idearum innatarum a philosopho defendi minime potest.

Coroll. Multo itaque minus putandum est iudicia quaedam nobis ingenita esse, quod de axiomatibus maxime universalibus ad versari contendunt.

Schol. Nihil jam restat, utquam uberioris declaretur, quomodo mens usi suarum facultatum, omnis generis ideas sibi conformet, id quod mox praestabilimus.

C A P U T I V .

De Vera Idearum Origine.

IDEARUM SENSIBILium PRAESENTIUM A SENsu -- ABSENTIUM A PHANTASIA -- UT SINE ET SUB SPECIE CORPORA PERCEPTORUM -- AT INSENSIBILium SINE TALI SPECIE PERCEPTORUM A FACULTATIBUS SUPERIORIBUS.

CCXXV. *Idearum rerum sensibilium actu praesentium a facultate sentiendi efficiuntur. Phaenomena sensationum nostrarum saepius per decursum, ac praecepit (§. 9. seqq.) adducta id invicte persuadent; unde enim est, ut quanprimus objectum in organum agit, a nobis percipiat; idque eo clarius, quo actio est fortior; cum caecus nunquam coloris; surdus nunquam soni ideam excitare valet? cur oculis armatis plurimarum rerum, de quibus non cogitavimus quidem, ideas obtinemus? haec profecto et alia id genus infinita, tam efficienter rem persuadent, ut, qui secus senserit, anatura descivisse, nec ab infami pyrrhonismo at esse videatur.*

Coroll. 1. *Ideas sensuales a phantasia reproducentur (§. 25.): igitur idearum sensibilium absentium a phantasia efficiuntur, ac remote a sensu pendent.*

Coroll. 2. *Cum concipimus res quidem insensibiles at sub species corporea ut angelum sub specie alati juvenis, ideas rerum sensibilium alias perceptarum vel seorsum, vel per facultatem fingendi compositas (§. 26.), reproducimus: igitur et haec ideas a phantasia proficiuntur.*

Schol. *Loquor hic de rebus sensibiliibus extra nos positis; ideas enim existentias, facultatum, et actionum animae nostrae sensu intimo comparari nemo non novit.*

CCXXVI. *Idearum rerum insensibilium sine imagine corpora perceptarum ex ideis sensualibus praehabitis a facultatibus attendendi, abstractandi, reflectandi, componendi, ratiocinandi conformantur. Quo attentius harum idearum naturam contemplatur, eo clarius perspicimus, nihil in illis esse, quod harum facultatum opere conficeri nequeat: cum igitur una ex parte de earum existentia certi simus, ex altera perspicue concipiamus, qua ratione ab illis haec ideas proficiens possit: quid secundum sanas philosophiae regulas concludemus, nisi id reapse fieri?*

Schol. *Sed ne quis confidentius, quam verius haec a me dicta arbitretur, juvabit nonnullas ideas seorsum in examen vocare, eas praecipue, de quibus adversarii maxime dubitant.*

2.) Idea Dei. *Deum existere ex notionibus entium contingentium, quorum existentiam sensu percipimus, et entis necessarii ratiocinando colligimus. Deinde cum alio quoque ratiocinatio in ente ne-*

De Vera Idearum Origine.

261

Cessario omnes possibles perfectiones inesse concludamus, perfectiones entium creatorum abstracta et nostro cogitandi modo ultra omnes limites amplias in unum colligimus, casque ita copiatae eidem enti necessario tribuimus: sieque ita ideam entis perfectissimi animo informamus. Certo hac, et non alia ratione idem Dei in nobis obtineri ex iis, quae in ontologia, et theologia docentur, luculentissime patet, nos non ex tanta diversitate opinionum, quas diversarum nationum homines de Deo fovent.

2.) Idea spirituum *hac ratione comparatur. Primo existentiam, proprietatesque entium simplicem ex notione entium compositionem ratiocinando, et praedicta, quae his qua talibus convenient, negligendo colligimus; tum similiter ratiocinatione inferimus, ens, quod cogitat, in simplicibus numerandum esse. Deinde per reflexionem ad ea, quae in mente nostra eveniuntur varios animas actus, atque ex his facultates; vim denique quamdam, qua illae actuentur, degemus, hocque ens spiritum compellamus, atque similia entia in similibus corporibus existere tum ex analogiae legibus, tum ex ioso naturae sensu consiquidamus, nec ullam videmus repugnantiam, ut plures quoque aii spiritus ab omni corpore separati existant.*

3.) Ideas universales, *generis, numeri, et speciei, per abstractiōnē ex singularibus sensu perceptis confundit, quoniam modum logica docet. *Animus*, aut praeclarus *Huetius* (*Cens. phil. Cartes. c. 3. §. 5.*), *in rebus multis* idem *quidipani animadvertis* *excerps illud e multis, in quibus fuerat dispersum, et in unum colligit*, atque inde *ideam universalem conficit. Vetus in Petro, et Joanne, aliisque honinibus singulis reprehendens eos esse animalia ratione praelita, jam neque Petrum, neque Joannem, neque ullum singularem hominem spectans educit illud, et componit in unum, quod multiplex fuerat, ac generalem illum, et universalem conflat, et configit ideam, sibique commendat omnem hominem esse animal rationale.**

4.) Ideas axiomaticum similiter conficiuntur. *Ex singularibus numeris propositionibus excerpimus id, quod commune habent: indeque universalem, enductionem reformamus. Ita quia sensu exploratum habemus totum maius esse una sui parte, itemque in aliis totis b, c, d, etc. eadem experientia minime dubia degemus, ratiocinando colligimus de ratione totius esse, ut unam sui partem magnitudine exsuperet, atque inde generatim pronunciamus omnem totum esse maius sua parte, et partem toto minorem. Res ita esse vel ex eo patet, quod rudiores raro de ejusmodi enunciatis universalibus cogit, il vero soli, qui scientis operantur, eadem et noscere, et in ius deducere consueverunt. Nec obest, quod vulgo principia lumine naturae nota vocentur; inde enim non sequitur, aut ipsa, quod plane absurdum foret, aut ipsum ideas menti ingentias esse; sed solum enunciations adeo evidentes esse, ut idearum connexio perspectis terminis cuivis etiam rudissimo, si modo ratione utatur, clarissime reluceat.*

- 5.) *Idea unitatis* non aliter conformatur. Unum dicimus, quod in se divisum non est (ontol. §. 47.); jam vero, quidquid sensibus obiectum est, id ut in se indivisiu[m] percipitur: quare proprietas haec entium singularium sensu perceptorum ab aliis consociatis abstracta, et inde idea unitatis generica efformari facilissime potest.
- 6.) *Ideas virtutum, et vitiiorum* ex generalibus juris naturae principiis, quae facilius attentione cognoscuntur, levissimo negotio deduci possunt. Nec nihil ad id conducent exempla, institutio[n]e eorum, inter quos degimus: unde tanta est in genere humano de virtutibus, ac vitiis iudiciorum diversitas, et quo natio est cultior, eo saniores eorum rerum ideas vigent. Quod jam de his ideis dictum, facilius quibus ad alias transferet, que in controversiam vocari solent.

ATQUE IDEO OMNES IDEAE NOSTRAE A NOTIS FACULTATIBUS EFFICIUNTUR —
ET ALIQUA RATIONE A SENSIBUS PENDENT.

CCXXVII. Omnes ideae nostrae ope facultatum animae intimo sensu cognitarum efficiuntur. Omnes nostrae ideae sunt vel de rebus sensibiliibus aut praesentibus, aut absentibus, aut illis, quae intra annum fiunt; vel de rebus insensibiliibus cum, aut sine imagine corporea percipi, nec alias cogitari possunt; sed omnes haec ideae ope facultatum sentiendi (§. 123.), imaginandi (ibid. cor. 1. 2. sch.), attendendi, abstractiendi, reflectendi, compонendi, ratio[n]andi (§. praece.). efficiuntur; atque ha[bi]t[ur] facultates sensu intimo notae sunt, ut ex tua psychologia empirica patet: ergo omnes ideae nostrae ope facultatum animae intimo sensu cognitarum efficiuntur.

Schol. Est haec opinio Lockii. *Essat phil. conc. l. ent. hum. livr. 2. ch. 1. §. 2.*, ac hodie fere communis inter melioris nota philosophos. Ille, ubi in opere jam saepius a me laudato toto libro primo ideas innatas egrae refutavit, secundo deinde praecipuarum idearum originem copiosius explicatur eadem a sensatione, et reflexione repetendam esse contendit. Fons idearum omnium, inquit, est experientia; haec omnium nostrarum cogitationum fundamentum est. Observations, quas instituimus vel super objecta externa sensibus obvia, vel super internas animae nostrae operationes, quas reflexione, et sensu intimo percipiuntur, omnia nostrarum cogitationum objecta (ideas) menti nostrae suppeditant. Hi sunt duae fontes, sensatio videlicet, et reflexio, ex quibus omnes, quas habemus, aut naturaliter habere possumus, ideae profundunt (*Ibid. ch. 12. §. et L. ch. 5.*). Deinceps cum de ipsa idearum effectione agit, per sensum, et reflexionem ideas simplices; complexas vero, et abstractas per diversas mentis actiones, ut compонendo, disjungendo, ratiocinando etc. conformari docet. Quae uti praecclare dicta sunt, et ipsi quoque Genuensi non omnino improbadunt; ita non satis mirari possumus hanc tantu[m] subinde confiditiam tamquam ex tripode de Lockio pronuntiatae (*Elem. p. 2. syst. Lock. prop. 34. sch.*): *Aitque passim ita*

*scribit, ut non videatur ideas a perceptionibus distinguere, nisi relationem in quo Arnoldo consentit. Cumque ei, quod ab illo dictum est, anima sit corporis vis, et entelechia, et ideas sint motiones sensuum, et cerebri, eadem, si sibi esse valit consentaneus, erunt et percepciones. Et paulo post: Non posse hujusmodi opinionem teneri, nisi simul mentis incorporalitas revertatur. Materialista trahi videntur proprias ea doctrinas esse potest, quippe quae est cum suis principiis consentanea; nec mirum est eam tantopere Lockio placuisse, nisi ei, qui ignoret, Lockium in natura animi Dicæarcho consentire. Turpe est philosophos asserere, quod probare nequeas, plagiatus cum acquitate naturali triplex auctori errorem, qui in ipsius scriptis clare non continetur (§. 227. log.). Scio dubitasse Lockium, utrum non saltem divinitus materias vis cogitandi conferri possit, quam dubitationem inanem esse ego alias demonstravi (§. 215. sch.) ; at ipsum cum Dicæarcho docuisse animam solum quandam corporis temperationem, vim, entelechiam; ideas cerebri duntaxit mentes esse nupsiam lego (*L. 4. ch. 10. §. 9. 11. 12.*); quin novi potius ipsum inter entia, quae cogitant, et quae non cogitant, discrimen constituisse; non ipsum clare fassum esse existentiam alterum spirituum nobis ex revelatione divina innotescere (*Ibid. ch. 3. §. 6.*); non ipsum eodem, quo dubium illud fatuum propositus, loco assursum per revelationem satis constabiliri animae nostrae immortalitatem. Nolo equidem Lockii causiam agere; neque enim inscius sum illum in multis aberrasse; nitione tamen haec Genuensis aerbitas parstringenda videbatur, idque eo magis, quod opinionem hodie perulgatam de idearum origine tam ferociter impetrat, ac sapientissimos philosophos cum Lockio consentientes atrocibus calumniis oneraverit. Et unde, queso, extundet hanc sententiam cum corporalitate animi componi non posse? Quia, clamatis insulso, sine influxu physico defendi non potest; sit ita; quid igitur? Induxit physicus cum animae corporalitate connectitur: itane? Sed respondi dedimus (*§. 201. sch. 2.*).*

CCXXVIII. Omnes ideae, quas mens cum corpore unita obtinet, aliquia ratione a sensibus pendent. Imprimis de ideis rerum sensibili dubitari non potest (*§. 225. cor. 1.*). Deinde cum ideis rerum insensibili, vel phantasia (*ibid. cor. 2.*), vel usu, et exercicio aliarum animae facultatum ex praehabitis ideis sensibilius conficiantur (*§. 226.*), neque de his ullum dubium superest: igitur omnes nostrae ideae, quas in hoc corpore habemus, aliquia ratione a sensibus pendent, hoc discrimine, ut illae proxime, haec remote ab ipsis pendent.

Schol. 1. Ideas de existentia, facultatibus, et actionibus animae sensu intimo obtinemus; quatenus non cogitare, appetere, velle experiri; cum igitur haec a precedentibus sensationibus pendent, etiam illae, quādū anima cum hoc corpore copulata est, aliquia ratione sensibus pendent. Quod si, ut aliqui volunt, anima etiam in

hoc corpore per intimam suam praesentiam se ipsam sentiat, certum tamen est, sensum hunc validum obscurum, nec proinde aptum esse, ut alii ideis efformandis occasionem praebat. Atque ex his patet, quo sensu vetustissimum illud: *nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu*; admittendum sit; ut nimirum cum veritate maxime congruit, omnes nostras cogitationes vel proxime, vel remote a sensibus pendere: ita contra magnopere cum ea prugnat, nihil a nobis cogitari posse, nisi quod ad organa sensoria commovenda aptum sit. Porro quae adhuc docimus, ejusmodi sunt, ut experientia quoque confirmari videantur. Refertur in actis Academiacis Parisinas fuisse Carnuti in Gallia Juninem (*Histoire de l'acad. de l'ann. 1703.*) quemdam a prima infante omni aurum, lingueque usu substitutum, qui eiceret quintum vigesimum aetatis annos repeatere cum summa eorum, inter quos versabatur, admiratione loqui cooperit. Percepit illa casu inopinata ante quatuor vel quinque menses aeris campani sonitus, pauloq[ue] posthumor quidam ex sinistra aure profuit, quo factum est, ut auditum plene recuperaret. Hoc interea temporis intervallo in addiscendam vocabulorum, quae ab aliis promociare audiebat, significacionem incubuit, negotiumque adeo strenue gessit, ut tandem sonos quoque articulos proferret, atque aliorum more cum aliis colloqueretur. Quamprimum res perulgata est, theologorum non nulli scire aevant, quas ante ideas de Deo, anima, rebusque spiritualibus, et abstractis in animo haberent? rerum instituto accuratissimo examine compertum est demique, nihil unquam de his rebus ipsum cogitasse; nihil internae intentionis conjunxit cum iis ritibus externis, quos in templis dum SS. Sacrificio assistenter, aliorum exemplo decenter obibat; de Deo, quem prorsus ignoravit, aliqua ratione colendo sollicitum minime fuisse. Quod est manifestum argumentum, harum rerum ideas, ipsi nequaque ingenitas fuisse.

RESPONDENTUR OBJECTIONIBUS.

Schol. 2. Quae contra objicunt, non magni ponderis sunt; ajunt.
1.) Necesse est, ut Dei saltet idea omnibus innata sit; eam quippe utpote omnibus aliis rerum creaturarum ideis longe perfectiore, ex ipsis sensibilibus usu, et exercitio notarum mentis facultatum confieri non posse.

R. Ideam Dei alias perfectiore esse libens admitto, si ea externe, seu compare ad objectum repraesentatum, non item si interne, sive quoad naturam suam spectetur. Idea nimirum Dei, quam habemus, sub triplici respectu considerari potest. 1.) Comparete ad objectum; quod omnino nobilissimum habet. 2.) Comparete ad mentem, cuius est certa solum modificatio, quae semper inferioris ordinis est, quam substantia, in qua inhaeret. 3.) Comparete ad alias ideas, quibuscum, utpote sub eodem modificacionem genere contenta, in natura convenient. Jam vero perfectio objecti non effici-

cit, ut haec idea a naturali animae vi produci nequeat, non enim inde major in illis naturam perfectio redundat; quemadmodum imago non est hoc ipso perfectior, alii quod perfectius objectum repraesentet. Perfectio cujuscumque imaginis, ac similius idea interna desvni debet a modo, quo ipsa objectum suum repraesentat; idea autem nostra Deum satis imperfecte, et inadaequate repraesentat, atque sic reapse imperfectione est aliis, quae sua objecta, licet ignobiliora, multo clarius et distinctius exhibent, quales certe complures habemus. Quid ad prisos philosophos, ipsosque SS. Ecclesiae Patres, quorum auctoritate nonnulli pugnant, attinet; non sunt illi intelligendi de ipsa Dei idea, sed de insita in nobis ratione, et facultate, qua facilime ex rerum mundanarum contemplatione supremum Conditionem existere colligamus. Perfectio Tullius, etsi aliqui dicat: *omnibus innatum, et quasi in animo insculptum esse, esse Deos*, alias tamen profiteri non dubitabit, quidquid animo cernimus, id omne oritur a sensibus (*Defin. l. 2. c. 19.*). Philosophi præterea Christiani de unius Numeris existimant, cum pagani disputaverunt; putasse ponderosum argumentum ab innata idea, quam hostes constantissime incipiunt, vel ad existentiam, vel ad unitatem Dei demonstrandam peti possit? Sed neque ad providentiam Dei, quemadmodum aliqui contendunt, pertinet, ut omnibus hominibus primo viae momento sui ideam tamquam ad salutem quam maxime necessariam indat; nam idea haec infantibus ante rationis usum nihil proddesset; unicum, et absoluere necessarium ad salutem medium ipsis baptismo a Deo constitutum esse ex revelatione novimus. Ubi vero quis rationis usum consecutus jam est, ex sola rerum creaturarum contemplatione perfecti ratione in cognitione sui Auctoris pervenire potest: quare providentia benignissima solum postulabat, ut Deus hominem its facultatibus instruet, quarum usi ipse sibi levissimo negotio ideam hanc comparare possit; id quod abunde praestit.

2.) Ens finitum non potest intelligi, nisi per comparationem ad ens infinitum (*Trait. de la nat. de l'anim. c. 2. ch. 2. p. 15.*); finitum enim non est tale, nisi ob negationem realitatis, que ipsi deest ad hoc ut sit infinitum: haec autem negatio, utpote res non positiva, non est intelligibilis per se ipsam; sed soluta in objecto, quod omnem realitatem possibilem complectit, concipi potest. Hinc tenebrae non nisi in comparatione ad lucem, cuius privatio sunt; et statuae alieci brevitatis solum relate ad grandiores agoscit. Hinc sequitur ideam entis finiti ante ideam entis infiniti obtinere, non posse, ut proinde nec posse ideam entis infiniti ulli ratione a sensibus pendere (*L. 5.*). Quare Anti-Lucretius ita cecinit, *Nec ipsis finitis quidquam caperes, nisi semper aedeset nota infiniti, teneque illustraret imago. Ut tenebras nemo, nisi noto lumine posset; namque infiniti tantum est absentia finis, qui monstrat non id, quod adest, sed plurima deesse.*

R. Contrarium ipsa experientia contestari videtur; sunt certe multi ex auditoribus, qui optime intelligunt; quid enim finitum, et limitatum sit, quin dumquam de ente infinito, qua tali, cogint. Ratio est omnia entia sensibilia ut exteris limitibus affecta in nostris sensus incurront; ipsi quoque facultates nostras seu intelligendi, seu movendi corpora, seu conficiendi artefacta se ad omnia sine discrimine non porrigit clare experimur, indequ colligimus, vim nostram arcitis limitibus constringi; omnes itaque ideae nostrae sensuales non repraesentant, nisi objecta tam quoad extensionem, quam quoad intensioem limitata; atque sic idea finiti obtinetur, si nempe hanc entium perceptorum affectionem abstractamus, ac inde generali conceptum efformemus. Quin potius comparata jam idea entis finiti deinde primum progredimur ad conformandam ideam entis infiniti: cum enim advertimus inter vires et perfectiones entium limitatas alias maiores, minores alias esse, conclusimus quavis perfectionem augeri posse, sive nostro cogitandi modi augemus, donec aliquam ultra omnem modum autem, et nullis omnino terminis conclusam concipiamus. Ens deinde illud, cui tales perfectiones tributum, dicimus ens infinitum, quod quidem adaequata idea non comprehendimus, sed tamen positivum esse, evidenti ratioinio colligimus. Patet igitur adeo falsum esse, non posse a nobis acquiri ideam entis finiti, antequam ideam ens infiniti habeamus, ut potius illius ope ad hanc perveniamus. Neque vero obest, quod ens finitum tale sit propter negationem ulterioris realitatis; nam hoc ipso solum, quod singularum entium viribus, vel perfectionibus quidquam addi posse intelligamus (intelligimus autem istud ex diversa eisdem perfectionibus in diversis entibus magnitudine), jam ipsa haec negatio etsi non directe, et per se tamen indirecte, et ratione argumenti possibilis clare concipitur; unde necesse non est, ut ens finitum cum infinito comparetur; sed ejus idea ex comparatione plurium entium finitorum magis, et minus perfectorum, qualia perpetuo sensus incurront, acquiri optime potest. Paritas de homine parvus, statimae hunc non pertinet; nam cum generatim non absolutas, sed comparativas duntaxat rerum magnitudines cognoscamus, mirum non est, de nulla rel magnitudine nisi compareat ad aliam iudicium ferri posse; ut ens finitum est em in se absolutum, absoluimus quoque perfectionibus praeditum, quas tamen augeri posse ac proinde limitatas esse aliunde cognoscimus. Quid quod, ut quis se parvum esse sciat, necesse non est, ut se cum homine maxime, aut prorsus infinitae staturae compareat? Igitur etiam, si tamen comparatione opus sit, sufficit, ut ens finitum cum alio finito in eodem genere majori, vel perfectiori contendatur. Denique tenebraz in mera lucis negatione consistunt; mera autem negatio sine relatione ad id quod negatur, omnino intelligi neguit. Contra ens finitum est ens positivum adjunctum solum habens negationem ulterioris realitatis, sive plurium in perfectione graduum hanc autem negationem, sive absentiam ex gradibus perfectionis

praesentibus, et adjectione aliorum possibili clarissime video. 3.) Sublati ideis omnis omne internum (*Ibid. p. 479*), ac essentiale inter infantum utero materno delitescentium, in belluarum animas dicerim tollitur, nam et ipsae forent solummodo anima sensitiva.

R. Minime, essentiale entium simplicicium discriben repetendum est a diversis facultatibus, que per vim entis internam, ac essentialem, in actum reduci possunt; non autem ab accidentalibus quibusdam modificationibus, ad quas ideae quoque actuales, seu innatae dicantur, seu non pertinent. Est igitur sublati etiam ideis innatis illud prorsus inter animas infantium, et belluarum discriben, quod inter harum, et adulorum hominum animas obtinet, de quo alias. Neque vero inde colligitur, animas infantium toto illo tempore feritas fuisse; utnatur enim saltet sensu tactus; sentiunt corpora externa, ab illoque varie afficiuntur: possunt igitur ideas proprietatum, quas tactu exploramus, in se excitare, et adjuvantibus his fortis alias quoque.

4.) Si nullae in nobis inessent ideas innatae, illis tantum ideis gauderemus, quas usu sensuus consequi possumus; atqui usu sensum consequimur solum ideas rerum sensibilium, et quidem prout sensibles sunt: si igitur nullae extarent ideas innatae, numquam res spirituales, et abstractas perciperemus, quod quam falsum sit, nemo ignorat.

R. Solatio est perfacilis: usu sensum omnes ideas consequimur, sed alias proxime, alias remote: idea, quae de rebus actu organa commoventibus a facultate sentiendi efficiuntur, proxime; quae vel de rebus insensibilibus, vel sensibilibus, sed organa non sufficientibus ope aliarum facultatum confundit: remote usu sensum comparantur.

5.) Ex appetitionibus innatis quidam cum Winklero ad ideas earum rerum, quas naturaliter appetimus, pariter innatas argumentum ducent; ignoti quippe nulla cupido. De appetitionibus autem in natibus prudenter dubitari non posse putant: hoc referunt propensionem tuendi vitam, qua sit, ut naturaliter fugiamus ea, quae vitae noxia sunt, ut vix conspicere serpente, aut alio graviori periculo exhorrascamus; tum avliditatem sciendi, amorem famae, et honori, affectionem parentum in liberos, quibus nonnulli sensum naturae communem addunt, de quo dictum est (*§. 169. log.*).

R. Extare in nobis appetitiones quadam innatas vehementer nego; nulla est in nobis a natura actualis inclinatio, aut aversatio; sed ita solum comparati sumus, ut ad bonum quocumque perceptum inclinemur, et malo representato refugiamus. Inde quo facilis obiectum malum, aut maximum esse perspicitur, eo citius ea in animo declinatio oritur, atque sic fit, ut saepè vix observato quodam pericolo jam toti exhorrascamus. Quod ad appetitiones vitae, famae, honoris attinet, eas innatas non esse vel inde luculentem conficitur, quod nec in omnibus, nec in eodem homine omni tempore equaliter sint, ex quo colligitur eas solum ex diversis boni, aut mali appre-

hensionibus promanare. Similiter communis illa naturae sensus non est actuale quoddam iudicium, sed certa animi comparatio a natura indita ad ferendum iudicium, cum ea veritates menti fuerint propositae, quemadmodum dixi (l. cit.). Sed quid dicemus de breutorum catulis, qui via natii absque omni institutione ubera materna petunt, lac sugunt, atque sic congruum sibi nutrimentum procurant? dicemusne saltem ipsis instinctum quempiam, qui ab ideis innatis, famis, sitis, uberum, lactis, modique sugendi pendeat, a natura inditum esse? Minime; instinctus illorum aliud non est, quam certa habitudo corporis; et organorum comparatio, unde convenientes in cerebro motus, ac in anima ideas existant, quibus ad haec praestanda determinantur. Nam universim bestiarum verisimiliter ab ideis praesentibus, quas ut in hominibus, cum certis cerebri motionibus coniunguntur, ad omnes suas actiones determinantur. Ut igitur haec omnia a catulis praestantur, tali solum corporis, organorumque habitudine opus est, ut in certis adjunctis, positisque certis in corpore affectionibus, in cerebro motus concident, quibus idae famis, sitis, lactis, uberum, ac modi sugendi in anima respondent, quod in aliis quoque, quae bruta naturaliter exercent, artificis contingit, ut infra exposito ostendam. Istud porro ad sapientissimam Conditorum providentiam pertinuisse videtur, eo quod secus catulus prorsertim de necessariis vitaes conservandae subsidisi provisum non fuisset. Contra infantibus, quorum curam matres, ac nutritrices gerunt, neque hanc corporis habitudinem a natura concessam esse experimunt. Hinc autem alterius concluditur, quod si etiam bestis ideas congenitas tribuerimus, non tamen ad homines argumentum valere, in illis nempe necessariae forent ad vitaes conservationem, ac speciei propagationem; non item in his, neque etiam ab infantibus recens natis similes actiones, quas breutorum catuli vix in lucem editi ponunt, exerceri certinus. Sed quoniam haec corporis habitudo, et organorum comparatio ad id genus actiones explicandas omnino sufficit, analogiae leges postulant, ut neque brutis innatas, quas hominibus denegamus, ideas tribuamus.

S E C T I O N I V .

DE PERPETUA ANIMA^E HUMAN^E DURATIONE,

QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

CCXXXI. Restat gravissimum Psychologiae argumentum: perpetua animae duratio, quam etsi Revelatione Divina certissimam, rationibus tamen constabiliter nostra hac etate non modo utilissimum, verum et summe necessarium videtur; ingens siquidem profanorum hominum, ingens minutorum philosophorum est numerus, qui pestiferis suis scriptis veritatem labefactare nituntur. Hoc porro in argumento ita versabor, ut primum firmissimis rationibus evincam, an-

nam nostram natura sua non existentiam solum, sed etiam vitam perpetuo continuare; unde eam naturali immortalitate gaudere consequens est. At, quia istud solum naturali nostro beatitatis desiderio penitus nonsatisfacit, ostendam porro, quantum humanae rationi sci- re datum est, vele Deum, eti absolute res omnes annihilandi poten- tia polleat, ut anima nostra perpetua existat, et vivat. Quatuor igitur capita sectionem absorvent.

C A P U T I.

De naturali Existentiā Animae Humanae, in perpetuum continuatione.

QUID CORRIMPI, CORRUPTIBLE ET INCORRUPTIBLE?

CCXXXII. Corrumpti dicimus, quod in partes, ex quibus coagmen- tum erat, resolutur. Eius itaque est corruptibile, quod potest; incorruptible, quod non potest in partes resoluti.

Coroll. 1. Quidquid ex partibus realibus constat, in se spectatum in easdem resoluti potest: igitur omne ens compositum est corruptibile, et vicissim omnes ens corruptibile, est ens compositum.

Coroll. 2. Quidquid partibus realibus constitutus, in easdem resoluti nequit: igitur omne ens simplex est incorruptibile, et vicissim omne ens incorruptibile est simplex.

ENS INCORRUPTIBLE CUM TERRIT ANNHIILATUR.

CCXXXIII. Ens incorruptibile perire non potest nisi per annihi- lationem. Ens incorruptibile est ens simplex (§. praeo. cor. 2.), sed ens simplex perire non potest, nisi per annihilationem (ont. §. 186.); ergo ens incorruptibile nisi per annihilationem perire non potest.

ANIMA HUMANA EST INCORRUPTIBILIS.

CCXXXIV. Anima humana est incorruptibilis. Anima humana est ens simplex (§. 133.); sed omne ens simplex est incorruptibile (§. 139. cor. 2.); igitur anima humana est incorruptibilis.

Coroll. Anima itaque humana perire non potest nisi per annihilationem.

IGITUR SOLUM ANNHIILATIONE PERIRE POTEST, ANIMA PER VIM GREATAM, PERIRE NEQUIT.

CCXXXV. Anima humana a vi entis creati existentia spolia- ri nequit. Anima humana nequit existentia spoliari, nisi per annihi- lationem (§. praeo. cor.); sed nulla vis entis creati quidquam annihi- late potest: ergo anima humana a vi entis creati existentia spolia- ri nequit.

Coroll. 1. Cum natura diversa aliud non sit, quam collectio omnium virium, quae in omnibus entibus creatis insunt (cosm. §. 86.); per- spectivum est in universa natura non esse vim ullam, que animae humanae existentiam tollat.